Petrus Comestor: Historia scholastica
[Cologne: Conrad Winters, de Homborch, not after 14 Apr. 1477], 1477 Seite 547



Et nota q̄ ait petrus. Baptizetur vnusquisq3 vestrum in noīe iħu xp̄i. Formā nāq3 traditā a dn̄o q̄ exprimitur trinitas diu in primitiua ecclesia subticuerūt apostoli vtentes hac forma verbo℞. baptizo te ī nomine iħu cristi ut ita dilatarent nomē iħesu xp̄i. Alijs verb pluribus exhortat eos petrus et q̄ receperūt sermonē ei⁹ baptizati sunt ⁊ apposite sūt numero fidelium in die illa. s. ipsa die penthecostes aīme circiter tria milia. Et erāt perseuerantes in doctrina apostoloruz ⁊ in cōmunione fractionis panis ⁊ eukaristie q̄ in primitiua ecclesia crebro vnanimiter cōuenerūt ad pcipiendā eukaristiam vel in cōmunione fractionis panis q̄tidiani q̄ singulis quotidie ab apostolis frangebatur. nihil enī habebat ꝓprium. Sed ⁊ predia vēdiderāt ⁊ posuerāt pretia ante pedes apostolo℞ q̄ singulis dieb⁹ mane ascendebāt in templū ad oratōez Postea redeuntes singulis distribuebāt panē ꝓ ut cuiq3 op⁹ eāt.

De palitico curato a petro.

CVm aūt quadā die ascēderent petrus ⁊ iohānes in templū ad horā orationis nonā. Erat quidā claudus a natiuitate qui in glosa paliticus dr̄ iuxta portam templi q̄ dicit̄ speciosa a spetiali quodā ornamēto qd̄ apposuit ei alexander hircan⁹ ibidē etiā posuit herodes aquilam auream ⁊ erat porta atrij viroruz mūdo℞. Iste claudus q̄tidie portabat̄ in grabato suo ad portaz illā ut peteret elemosinā ab ingrediētib⁹ in templū ⁊ rogabat petrū ⁊ iohānē ut acciperet elemosinā ab eis cū ascendissent in tēplū ad horā oratōis nonā. Fuit enī ꝯsuetudo hebreo℞ tribus horis orare vn̄ daniel dato edicto regis qualibet die hijs tribus horis orabat ascēdēs fenestrā cubiculi sui. Et hec est ꝯsuetudo firmata ab ecc̄ia q̄ eisdē horis orat. s. tertia. sexta. nona. q̄ dn̄s hora tertia flagellatus est. sexta crucē ascendit. nona aīaz posuit. Intuentes petrus ⁊ iohānes claudū dixerūt Respice in nos ac si dicerēt Attende pauptatem nostrā nō habemus qd̄ porrigam⁹ tibi. At ille intuebatur in eos sperans se aliquid accepturū ab eis Ad quē petrus. Argētū ⁊ aurū n̄ est mihi. nō enī erat suū qd̄ reseruabat in vsus paupe℞ q̄ reliquerāt patrimonia sua ꝓicientes ad pedes apostolo℞. Qd̄ autez habeo hoc tibi do. In nomine iħesu cristi nazareni surge ⁊ ambula in pace Et apprehensa manu eius dextera eleuauit eū ⁊ ꝓtinus consolidate sunt bases eius ⁊ plante ⁊ stetit ⁊ ambulauit cū illis in templum ambulans ⁊ exiliens. Qd̄ additū est a luca ut ostenderet illud ipletū. Saliet sicut ceruus claudus ⁊ vidit oīs populus claudū ābulantem ⁊ laudantē deū ⁊ impleti sūt stupore ⁊ extasi in eo qd̄ ꝯtigerat illi: sciētes q̄ a natiuitate claudus fuerat. Et cū viderēt petruz ⁊ iohānez cucurrerūt ad eos ad porticū que appellatur salomonis ⁊ in ea pte in qua stabat salomon dū oraret. Et videns populum petrus admirantez sup hoc miraculo locutus est ad eos.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-258/0547
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG